

63

1302-1520. Διοικητικές και νοταριακές πράξεις. Βενετία, Λευκωσία, Πάδοβα, Παρίσι, Πίζα, Ρώμη [λ, ι].

L. de Mas Latrie, «Nouvelles preuves de l'histoire de Chypre», *Bibliothèque de l'École des Chartes* **32** (1871), σσ. 341-353, αρ. 1· σσ. 360-363· σ. 369· σ. 371· σ. 373· σ. 377· **34** (1873), σσ. 54-65, αρ. 4-6· σσ. 73-74, αρ. 10.1-2· σσ. 74-77, αρ. 11· σσ. 75-76, υποσημ. 1· σσ. 77-78, αρ. 12· σσ. 84-86, αρ. 15· **35** (1874), σσ. 104-107, αρ. 19-20· σσ. 110-133, αρ. 22-27· σ. 138, αρ. 31· σσ. 147-148, αρ. 35· σσ. 154-158, αρ. 39.

ΔΟΥΚΙΚΟ ΔΙΑΤΑΓΜΑ ΑΠΟΝΟΜΗΣ ΤΗΣ ΒΕΝΕΤΙΚΗΣ ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ ΣΕ ΚΥΠΡΙΟ

Βενετία, 1370, 18 Ιουνίου

«*Andreas Contareno, Dei gratia, dux Venetiarum, etc., universis et singulis, tam amicis quam fidelibus, et tam presentibus quam futuris, presens privilegium inspecturis salutem et sincere dilectionis affectum.*

Tanto benignius ducalis providencia consuevit personas honorabiles sibi devotas et fideles honoribus prevenire, ipsarumque fidem et devotionem dignis retributionibus compensare, ac ipsas dotilibus favoribus convallare, et ipsarum petitiones liberalius exaudire, quanto ducatu nostro devotiores fide et operibus se ostendunt. Attendentes igitur multiplicis fidei puritatem et devotionis plenitudinem, quam nobilis miles, Thebaldus Belferazo, de regno Cipri, ad nostre magnitudinis excellentiam habere promptis affectibus se ostendit, qui in agendis nos ducatum nostrum et singulares personas ejusdem tangentibus, devotum et promptum laudabiliter et incessanter se prebuit atque prebet, supplicationibus nobis ejus parte porrectis gratiosius annuentes, eum, cum suis filiis et heredibus, nostrorum omnium consiliorum et ordinamentorum necessaria solennitate servata, perpetuo in nostrum civem et Venetum recepimus atque recipimus, et Venetum et civem nostrum fecimus et facimus, et pro Veneto et cive nostro in Veneciis et alibi deinceps haberi et procurari omni effectum et plenitudine volumus et tractari; ipsum sincere benevolencie brachiis amplectentes, et firmiter statuantes quod singulis libertatibus, beneficiis, immunitatibus et honoribus quibuscumque quibus alii nostri cives Veneti gaudent et perfrui dignoscuntur prefatus nobilis melles Thedaldus, cum dictis suis filiis et heredibus, in Veneciis et extra ubicumque locorum perpetuo gaudeat et utatur; intelligendo quod ipse non possit mercare sive mercatum facere per mare, nisi de tanto quanto faceret in prestita nostri comuni. Idem quoque Thebaldus nobis solenniter ad sancta Dei evangelia prestitit fidelitatis debitum juramentum. In quorum fidem et evidentiam plenior, presens privilegium fieri jussimus et bulla nostra aurea pendent muniri.

*Actum in nostro ducali palatio, anno Dominice Incarnacionis millesimo trecentesimo septuagesimo, die decimo octavo mensis Junii, octava Indicione*⁹⁸.

98. **34** (1873), σσ. 77-78, αρ. 12.